

Documentos Oficiales de la Orden de San Agustín en España

CAPITULUM PROVINCIALE

Provinciae Ssmi. Nominis Jesu
Insularum Philippinarum O.E.S.A.

in nomine domini Jesu Christi Benedicti. Amen.

Anno Nativitatis eiusdem millesimo nongentesimo quinquagesimo quinto, die trigesima et sequentibus mensis Julii celebrata sunt Comitia provincialia Fratrum Eremitarum S. P. Augustini huius Provinciae Ssmi. Nominis Jesu Insularum Philippinarum in Conventu Caesaraugustano Sti. Augustini prout ab Adm. R. P. Crescentio Fernández Prieto Provinciali in diem trigesimam huius mensis indicta fuerant.

Itaque, cum die vigesima octava ad praedictum Conventum convenerint tum Revmus. P. Prior Generalis Fr. Engelbertus Eberhard cum Adm. R. P. Assistente Generali Fr. Raphaelé Pérez González, tum coeteri PP. Vocales, eodem die post Vesperas, signo campanulae ter dato, ad locum Capituli omnes se congregaverunt, ibique

Revmum. P. Priorem Generalem, qui omnia iura sibi reservare praedixerat, ut Praesidem recognoverunt.

Deinde per secreta suffragia electi fuerunt tres Iudices Causarum et Examinatores Litterarum, qui sunt RR. PP. Gratianus Montes Fernández, Eliseus Alava Zurbitu et Nicolaus Alonso Rodríguez.

Die sequenti, celebratis officio et Missa Defunctorum, R. P. Dictinius Rodríguez Bravo recitavit elogium Fratrum ab ultimo Capitulo defunctorum. Quo finito, Revmus. P. Praeses illorum animas ac omnium nostrorum benefactorum Deo commendavit precibus ritualibus.

Sequenti sabbato, Missa de Spiritu Sancto celebrata, oratione de electione Provincialis a R. P. Luca García Prieto dicta, aliisque expletis in nostris Constitutionibus praescriptis, coram omnibus in loco Capituli consedentibus, R. P. Provincialis officium suum in manus Praesidis humiliter resignavit. Qua resignatione acceptata, per R. P. Nicolaum Alonso Rodríguez, Iudicem Causarum et Examinatorem Litterarum, recitata fuerunt nomina eorum qui vocem activam habere debebant, hoc ordine:

Revmus P. Engelbertus Eberhard, Prior Gen., Praeses Capituli.

Adm. R. P. Raphael Pérez González, Assistens Generalis.

Adm. R. P. Crescentius Fernández Prieto, Provincialis absolutus.

R. P. Iesus Alava Zurbitu, Primus Definitor.

R. P. Lucas García Prieto, Secundus Definitor.

R. P. Gerardus de Cruz Bratos, Tertius Definitor.

R. P. Lupus Cilleruelo García, Quartus Definitor.

R. P. Gratianus Montes Fernández, Commissarius Provincialis Peruviae.

R. P. Eliseus Alava Zurbitu, Commissarius Provincialis Columbiae.

R. P. Vitalis Iraeta Echevarría, Vicarius Provincialis Philippinarum.

* R. P. Iesus García Martín, Vicarius Provincialis Iquitensis.

R. P. Moyses Montaña Montaña, Vicarius Provincialis Venezolanus.

* R. P. Paulus Alava Alava, Prior Conventus Cebuani.

* R. P. Joannes Mendiluce Rodríguez, Prior Conventus Manilani.

* R. P. Emmanuel Canóniga González, Prior Conventus de Bojacá.

* R. P. Dionysius Carujo Ramón, Prior Conventus de Facatativá.

R. P. Emmanuel Ramos González, Prior Conventus Barcinonensis.

R. P. Joseph A. Quintana Urquiza, Prior Conventus Iquitensis.

R. P. Petrus Arguinzóniz Marquina, Prior Conventus Flaviobrigensis.

* R. P. Benedictus Mancebo Merino, Prior Collegii Limani.

* R. P. Isaac Insunza González, Prior Conventus de Iloilo.

* R. P. Agapitus Pérez Delgado, Prior Conventus de Chosica.

R. P. Marcellinus Corral García, Prior Conventus Coiacensis.

R. P. Lucas Espinosa Pérez, Prior Conventus de Neguri.

R. P. Félix Merino Díez, Prior Conventus CaesarAugustani.

* R. P. Crescentius Toledo Toledo, Prior Conventus de Chancay.

R. P. Balbinus Martín Pérez, Prior Conventus de Berril.

* R. P. Dionysius Burón de la Calle, Prior Licei Cervantes.

R. P. Dictinius Rodríguez Bravo, Secretarius Provinciae.

(*) *signati suffragia per schedas ad Capitulum miserunt.*

* R. P. Victor Díaz de Tuesta, Discretus Conventus Limani.

* R. P. Marianus Sapiña Arlandis, Discretus Conventus Cebuani.

R. P. Lucinius Valles del Dujo, Discretus Conventus Manilani.

R. P. Benedictus Domínguez Sánchez, Discretus Conventus de Bojacá.

R. P. Claudius Burón Alvarez, Discretus Conventus Vallisoletani.

R. P. Thomas Alejandro Herrero, Discretus Conventus Matritensis.

* R. P. Silvinus Treceño Ríos, Discretus Conventus Iquitensis.

R. P. Philippus Calle Revilla, Discretus Conventus Flaviobrigensis.

* R. P. Honoratus García González, Discretus Collegii Limani.

* R. P. Benvenutus Junquera Pernía, Discretus Conventus de Iloilo.

R. P. Emmanuel Cano Martínez, Discretus Conventus de Chosica.

R. P. Albertus Medina Ajenjo, Discretus Conventus Coiacensis.

R. P. Nicolaus Alonso Rodríguez, Discretus Conventus de Neguri.

R. P. Benedictus Martínez Monroy, Discretus Conventus Caesaraugustani.

R. P. Antonius Rubio Rubio, Discretus Conventus de Becerril.

R. P. Emmanuel Prieto Vega, Discretus Licei Cervantes.

* R. P. Emmanuel Ares Gómez, Discretus Conventus Caracensis «El Paraíso».

* R. P. Joseph Rodríguez Díez, Discretus Circumscriptionis Chancay - Sti. Petri de Lloc - Pacasmayo.

(*) *signati suffragia per schedas ad Capitulum miserunt.*

* R. P. Candidus Barja Fernández, Discretus Circumscriptionis Conventus Sti. Augustini et Vicariae Stae. Monicae de Bogotá.

* R. P. Restitutus Suárez Arias, Discretus Circumscriptionis Barranquilla-Soledad-Guayabal.

* R. P. Vincentius Loma Luis, Discretus Circumscriptionis Maracaibo-Cabimas-El Carmelo-La Concepción.

Dimissis autem vocem non habentibus, atque ab omnibus electoribus iureiurando emisso de eligendis in Provinciale et Definitores quos secundum Deum eligendos esse existimaverint, designati sunt tres Scrutatores vocum per suffragia secreta: idest, R. P. Moyses Montaña Montaña, R. P. Joseph A. Quintana Urquiza et R. P. Lucinius Valles del Dujo et iuramento fidelitatis ac de secreto servando ab ipsis praestito, ad novi Provincialis electionem processum est. Revmus. P. Praeses et Adm. R. P. Assistens Generalis declaraverunt se abstinere a suffragio ferendo.

Peracta prima scrutatione, reelectus fuit in Provinciale votis triginta et tria R. P. Crescentius Fernández Prieto, et a primo Scrutorum publicatus, atque emissis ab electo professione fidei et iuramento contra modernismum, in officio a Rvmo. P. Praesidente confirmatus est. Deinde deductus fuit in ecclesiam ibique, praemissis ritibus praescriptis, omnes Religiosi in signum obedientiae eidem manum deoscularunt.

R. P. Nicolaus Alonso Rodríguez sex habuit suffragia; R. P. Lucas García Prieto, quatuor; R. P. Gratianus Montes Fernández, unum; R. P. Thomas Alejandro Herrero, unum; R. P. Claudius Burón Alvarez, unum; R. P. Lupus Cilleruelo García, unum et una scheda alba reperta est.

De hac electione separatim publicum instrumentum redactum est ab Actuario Capituli, Praeside et Scrutoribus subsignatum, in Archivo Provinciae asservandum.

Eodem die post Nonam ad sonum campanulae ter pul-

(*) signati suffragia per schedas ad Capitulum miserunt.

satae, ut moris est, iterum omnes Patres electores in Capitulo convenerunt ut Definitores eligerent, servatisque servandis, electus fuit in primum Definitorem R. P. Philippus Calle Revilla, suffragiis quadraginta et uno; in secundum R. P. Dictinius Rodríguez Bravo, suffragiis triginta novem; in tertium R. P. Eliseus Alava Zurbitu, suffragiis triginta septem; et in quartum R. P. Lupus Cilleruelo García suffragiis quadraginta. Definitorum vero in defectu: Primus est R. P. Gregorius Macho Liébana, qui triginta et unum habuit suffragia, et secundus R. P. Fidelis Casado Prieto, qui habuit triginta.

In Secretarium Provinciae fuit electus R. P. Emmanuel Merino Pérez.

Praeterea, diebus sequentibus, ad praescriptum NN. Constitutionum, et servatis servandis, congregati fuerunt definitorialiter praedicti Revmus. P. Engelbertus Eberhard, Prior Generalis et Praeses Capituli, Adm. RR. PP. Raphael Pérez González, Assistens Generalis, Crescentius Fernández Prieto, Provincialis electus, Petrus Arguinzóniz Marquina, Provincialis absolutus, et Definitores Philippus Calle Revilla, Dictinius Rodríguez Bravo, Eliseus Alava Zurbitu et Lupus Cilleruelo García, qui auctoritate eis a Constitutionibus concessa, ea quae sequuntur, statuerunt ac publice notificare mandarunt.

Primo: Definitiones seu decreta

1.^a Examinatae et approbatae fuerunt rationes accepti et expensi ab Oecono Provinciae exhibitae.

Etiam recognitae et approbatae sunt rationes dati et accepti Domorum, praeter Domus de Albán quae ulteriori examini Venerabilis Definitorii sunt subjiciendae.

2.^a Acta Sacrae Visitationis ab Adm. R. P. Provinciali peractae fuerunt recognita et approbata.

3.^a Definitiones in aliis Capitulis editae confirmantur et in memoriam praesertim revocantur sequentes ultimi Capituli:

a) «Maxime dolendum est de tribulationibus quas passi sunt et adhuc patiuntur nostri dilecti Missionarii in ditioe sinensi. Crebris orationibus et fraterno amore eos prosequimur incessanter, nosque, difficultatibus quibuslibet non obstantibus, solemniter obligamur eorum necessitatibus qua par est solertia succurrere.

b) Domus de Shanghai collocatur sub iurisdictione Vicarii Provincialis Insularum Philippinarum, sicut coeterrae Domus illius Vicariatus (1).

c) Omnibus Superioribus, Oeconomis et Vice-oconomis severissime prohibemus, sub poena privationis officii aliisque poenis infligendis, ne, neglectis normis iuris communis et NN. Constitutionum, ullo modo bona Provinciae vel domus vendant, debita contrahant, pecuniam alienam in depositum recipiant, negotia gerant, contractus agere vel actuales rescindere praesumant, pignorationibus bona tam mobilia quam immobilia onerent, fundos vel titulos ad latorem quos vocant emant et fiduciam negotiis alienis praestent, vel obligationibus quibuscumque oeconomicis se gravent; insuper, fideliter servent n. 38 Statutorum Provinciae circa rationis semestrales quas Definitorio mittere tenentur.

d) In unaquaque Viceprovincia et Vicariatu Provinciali a P. Commisario et Vicario Provinciali cum propriis Consiliariis nominetur Secretarius, qui, simili modo ac Secretarius Provinciae, omnibus litteris rescribat, sessionibus sine suffragio intersit, acta earumdem in libro Consilii consignet, regesta Viceprovinciae vel Vicariatus ordinet ibique notatu digna notet. Ab eisque Commissario et Vicario similiter eligantur Examinatores Confessariorum et Quinquennialium, qui, quotannis notitias mittent ad P. Provinciale de examinatis in respectiva Viceprovincia vel Vicariatu.

e) Monemus Superiores locales ad quos pertinet, ut

(1) *Ob circumstantias extraordinarias nunc in nostro Vicariatu Provinciali. Si-nense existentes, nihil in hoc Capitulo provisum est.*

de facto susceptionis habitus, emissionis Professionis et Ordinationis suorum subditorum quamcitiús certiore faciant P. Provinciale, ac in casu Ordinationis simul notent nomen Episcopi ordinantis cum titulo ipsius et semper diem et locum.

f) Religiosi extra ditionem Hispaniae commorantes, quibus iuxta nn. 1.136 NN. SS. Constitutionum et 36 Statutorum Provinciae vacationes conceduntur, debent prius obtinere NIHIL OBSTAT respectivi Commissarii vel Vicarii et insuper licentiam expressam Prioris Provincialis. In licentiis concedendis observetur ordo computandi tempus quo extra Hispaniam commorati sunt. Eodem NIHIL OBSTAT et eadem licentia indigent omnes Religiosi cum, sive causa vacationum, sive cuiuscumque alius rationis, in nationes diversas ab illa in quam commorantur, pergunt.

g) Singulis annis sub directione P. Provincialis, tempore ab eodem statuto, congregandi sunt in Collegio Vallisoletano Magistri Novitiorum et Clericorum, necnon Directores Spirituales educandorum seu aspirantium Provinciae, ut, prae oculis habitis documentis pontificiis, inter se conferant de quaestionibus et normis quae vocationem sacerdotalem et religiosam respiciunt.

h) Superiores locales Hispaniae, Commissarii Viceprovinciarum et Vicarii Provinciales mittent quotannis mense decembri ad P. Provinciale accuratam relationem de laboribus et adimplerione obligationum religiosi sibi subiecti».

4.^a Praeter conditiones requisitas ad obtinendum NIHIL OBSTAT de quibus sub littera f) numeri praecedentis, haec etiam adimplenda erit: ut religiosus qui NIHIL OBSTAT obtinere intendit examina praescripta tam Quinquennialium quam Confessionum feliciter superaverit.

5.^a Onera Missarum quae iuxta praescriptum NN. SS. Constitutionum et Statutorum Provinciae ad unoquoque Sacerdote celebrari debent, ita in posterum erunt adimplenda ut, domus ad quam religiosus pertinet curet de

satisfactione huius obligationis durante absentia religiosorum a propria domo, quacumque ex causa abfuerit.

6.^a Acceptantur Domus religiosae, iam canonicae erectae, Provinciae v. «El Paraíso» et v. «Los Jardines del Valle» civitatis Caracensis et Vicariatus Venezuelani, cum omnibus iuribus et obligationibus quae caeterae Domus habere consueverunt.

7.^a Litterae Capitulo Provinciali directae tum a Patribus Vicariatus Venezuelani cum a Patribus Collegii Vallisoletani, benigniter fuerunt receptae et Venerabili Definitorio traditae ut, re mature perpensa, quod ipsi melius videbitur statuatur.

8.^a Pro taxa Venerabili Curiae Generalitiae solvenda ad normam n. 844 NN. SS. Constitutionum, singuli sacerdotes, unoquoque mense, unam Missam ad intentionem Revmi. P. Prioris Generalis celebrabunt.

9.^a Placet votum gratiarum exprimere R. P. Vitale Iraeta Echevarría pro felici exitu in adimpletione comissionis acceptae a Rvmo. P. Priore Generale in Capitulo Provinciali anni 1949 circa solutionem debitorum Domus Procurationis de Shanghai post tot labores ac difficultates obtento.

Secundo: Dispositiones Familiarum

Electus fuit:

In Commissarium Provincialem Vice-Provinciae Peruviae, Adm. R. P. Víctor Díaz de Tuesta.

In primum eiusdem Consiliarium, R. P. Gratianus Montes Fernández.

In secundum, R. P. Franciscus Jambrina Gaitán.

In tertium, R. P. Antonius Monteverde Ashford.

Electus fuit:

In Commissarium Provincialem Vice-Provinciae Columbiae, Adm. R. P. Dionysius Burón de la Calle.

In primum eiusdem Consiliarum, R. P. Franciscus Gijón Guillén.

In secundum, R. P. Joseph López Cid.

In tertium, R. P. Restitutus Fuertes Alvarez.

Electus fuit:

In Vicarium Provinciale Philippinarum, Adm. R. P. Iesus Fernández Aguado.

In primum eiusdem Consiliarium, R. P. Sanctes Abia Polvorosa.

In secundum, R. P. Lucianus Valles del Dujo.

In tertium, R. P. Paulus Alava Alava.

Electus fuit:

In Vicarium Provinciale Vicariatus Iquitensis, Adm. R. P. Joseph A. Quintana Urquiza.

In primum eiusdem Consiliarium, R. P. Iesus García Martín.

In secundum, R. P. Silvinus Treceño Ríos.

In tertium, R. P. Arsenius Aníbarro Alonso.

Electus fuit:

In Vicarium Provinciale Vicariatus Venezuelani, Adm. R. P. Moyses Montaña Montaña.

In primum eiusdem Consiliarium, R. P. Isidorus Andrés Sansierra.

In secundum, R. P. Ismael Martín Martín.

In tertium, R. P. Joseph Martínez Fernández.

Provisio Collegii Vallisoletani

Electus fuit:

In Rectorem, Adm. R. P. Claudius Burón Alvarez.

In Vice-Rectorem, R. P. Antonius García Cavero.

In Consiliarios, RR. PP. Valerianus Rivero Montalvo et Iuventinus Macho Liébana.

In Sacristam, R. P. Donatus Gorrochátegui Chinchurreta.

In Procuratorem, R. P. Balbinus Martín Pérez.

In Depositarium, R. P. Petrus Cerezal Pastor.
In Magistrum Ceremoniarum, R. P. Heliodorus Andrés
Puente.

Provisio Domus Barcinonensis

Electus fuit:
In Priorem, Adm, R. P. Emmanuel Ramos González.
In Sub-Priorem, Consiliarium et Sacristam, R. P. Pe-
trus Calzada Cantera.
In Consiliarium, R. P. Anselmus Sandín Miñambres.
In Procuratorem, R. P. Emmanuel Rodríguez Fernández

Provisio Domus Matritensis

Postulatus fuit:
In Superiorem Adm. R. P. Def. Philippus Calle Revilla.
Electus fuit:
In Vice-Superiorem, R. P. Dictinius Rodríguez Bravo.
In Consiliarum et Sacristam, R. P. Eliseum Alava Zur-
bitu.
In Consiliarium, R. P. Michael de la Pinta Llorente.
In Procuratorem, R. P. Thomas Alejandro Herrero.
In Depositarium, R. P. Lucas García Prieto.

Provisio Domus Flaviobrigensis

Electus fuit:
In Superiorem, Adm. R. P. Iesus Alava Zurbitu.
In Vice-Superiorem. R. P. Angelus Negrete de la Peña
In Consiliarios, RR. PP. Daniel Ortega Santos et An-
gelus Díez Pérez.
In Sacristam, R. P. Edilbertus Redondo Maté.
In Procuratorem, Adm. R. P. Exprov. Petrus Arguin-
zóniz Marquina.
In Depositarium, R. P. Angelus Negrete de la Peña.

Provisio Collegii Coiacensis

Electus fuit:
In Directorem, Adm. R. P. Marcellinus Corral García.

In Sub-Directorem, R. P. Antonius Sánchez Benavides.
In Consiliarios, RR. PP. Emmanuel Diez Canseco et
Albertus Medina Ajenjo.
In Sacristam, R. P. Paulus Diez Diez.
In Procuratorem, R. P. Emmanuel Cid Martín.
In Depositarium, Adm. R. P. Exprov. Angelus Cerezal
Pastor.

Provisio Domus de Neguri

Electus fuit:
In Superiorem, R. P. Lucas Espinosa Pérez.
In Vice-Superiorem, R. P. Joseph Marcos Valle.
In Consiliarios, RR. PP. Clemens Juldain Abarrátegui
et Joseph Marcos Valle.
In Sacristam, R. P. David Almeida Martín.
In Procuratorem, R. P. Vitalis Iraeta Echevarría.
In Depositarium, R. P. Joseph Marcos Valle.

Provisio Collegii Caesaraugustani

Electus fuit:
In Directorem, Adm. P. Félix Merino Diez Busto.
In Sub-Directorem, R. P. Gregorius Macho Liébana.
In Consiliarios, RR. PP. Benedictus Martínez Monroy
et Heliodorus Alvarez Alvarez.
In Sacristam, R. P. Thomas Vara Martín.
In Procuratorem, R. P. Nilus Martínez Pardo.
In Depositarium, R. P. Philippus Martínez Morán.

Provisio Colegii de Becerril de Campos

Electus fuit:
In Priorem, Adm. R. P. Gerardus de Cruz Bratos.
In Sub-Priorem et Magistrum Philosporum, R. P. Ni-
colaus Alonso Rodríguez.
In Consiliarios, RR. PP. Clemens Camporro Fanjul et
Joseph González Alvarez.
In Sacristam, R. P. Clemens Camporro Fanjul.

In Procuratorem, R. P. Antonius Rubio Rubio.
In Depositarium, R. P. Alexander Alvarez Largo.
In Socium Magistri Philosophorum, R. P. Caesar Gómez Cea.

Provisio Domus de Medina

Electus fuit:
In Capellanum Monialium, R. P. Laurentinus Mendiluce Rodríguez.

Provisio Conventus de Cebú

Electus fuit:
In Priorem, Adm. R. P. Marianus Sapiña Arlandis.
In Sub-Priorem, R. P. Laureanus Gutiérrez Gutiérrez.
In Consiliarium, R. P. Rosinus Ramos Astorga.
In Sacristam, R. P. Leander Morán Jiménez.
In Procuratorem, R. P. Adulphus Paballero Nava.
In Consiliarium et Depositarium, R. P. Joannes Mendiluce Rodríguez.

Provisio Conventus Manilani

Electus fuit:
In Priorem, Adm. R. P. Paulus Alava Alava.
In Sub-Priorem et Magistrum Professorum, R. P. Augustinus Fuertes Alvarez.
In Consiliarios, RR PP. Augustinus Fuertes Alvarez et Stephanus Gorosarri García.
In Sacristam, R. P. Daniel Castrillo Ortega.
In Procuratorem, R. P. Michael Huerta Fernández.
In Depositarium, R. P. Stephanus Gorosarri García.
In Magistrum Novitiorum, R. P. Sanctes Abia Polvorosa

Provisio Universitatis de Iloilo

Electus fuit:
In Rectorem, Adm. R. P. Isaac Insunza González.
In Vice-Rectorem, R. P. Benvenutus Junquera Pernía.

In Consiliarios, RR. PP. Nicanor Lana López et Ferdinandus Fernández Fernández.

In Procuratorem, R. P. Silvinus Vadillo Isasi.

In Sacristam, R. P. Gregorius Liquete Gil.

In Depositarium, R. P. Emmanuel Gloria Gadón.

Provisio Conventus Limani

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Gratianus Montes Fernández.

Provisio Collegii Limani

Electus fuit:

In Directorem, Adm. R. P. Benedictus Mancebo Merino.

Provisio Collegii de Chosica

Electus fuit:

In Directorem, Adm. R. P. Emmanuel Cano Martínez.

Provisio Collegii de Chancay

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Crescentius Toledo Toledo.

Provisio Collegii de Iquitos

Electus fuit:

In Directorem, Adm. R. P. Silvinus Treceño Ríos.

Provisio Conventus de Bogotá

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Franciscus Gijón Guillén.

Provisio Conventus de Bojaca

Electus fuit:

In Priorem, Adm. R. P. Emmanuel Prieto Vega.

Provisio Conventus de Facatativa

Electus fuit:

In Superiorem, Adm. R. P. Emmanuel Canóniga Glez.

Provisio Conventus de Barranquilla

Electus fuit:

In Superiorem, Adm. R. P. Julius Rodríguez Palacios.

Provisio Collegii «Liceo Cervantes»

Electus fuit:

In Directorem, Adm. R. P. Restitutus Fuertes Alvarez.

Provisio Domus de Maracaibo

Electus fuit:

In Superiorem, Adm. R. P. Vitalis Alvarez Argüello.

Provisio Collegii «El Paraiso»

Postulatus fuit:

In Directorem, Adm. R. P. Isidorus Andrés Sansierra.

Provisio Collegii «Los Jardines del Valle»

Electus fuit:

In Directorem, Adm. R. P. Emmanuel Ares Gómez.

Provisio Aliorum Officiorum

Electus fuit:

In Oeconomum Provinciale, R. P. Thomas Alejandro Herrero.

Electus fuit:

In Vice-oeconomum apud Manilam, R. P. Stephanus Gorosarri García.

Electus fuit:

In Oeconomum Viceprovinciae Peruviae, R. P. Richardus Canseco Sabugo.

Electus fuit:

In Oeconomum Viceprovinciae Columbiae, R. P. Joseph López Cid.

Electus fuit:

In Vice-oeconomum Vicariatus Venezolani, R. P. Joseph A. Andrés Nistal.

Electi fuerunt:

In Magistrum Novitiorum, R. P. Valerianus Rivero
Montalvo.

In eius Socium, R. P. Hyacinthus Turiso Pinedo.

In Magistrum Professorum, R. P. Antonius García Ca-
vero.

In eiusdem Socium, R. P. Heliodorus Andrés Puente.

Electi fuerunt:

In Examinatores Ordinandorum, RR. PP. Iuventinus
Macho Liébana, Isacius Rodríguez Rodríguez et Heliodo-
rus Andrés Puente.

Electi fuerunt:

In Examinatores Confessariorum et Quinquenalium,
RR. PP. Daniel Ortega Santos, Iuventinus Macho Liébana
et Heliodorus Andrés Puente.

Electi fuerunt:

In Examinatores Novitiorum, RR. PP. Gerardus de
Cruz Bratos, Nicolaus Alonso Rodríguez et Fidelis Casa-
do Prieto.

Electi fuerunt:

In Censores librorum edendorum, RR. PP. Dictinius
Rodríguez Bravo, Lupus Cílleruelo García et Lucas Gar-
cía Prieto.

Omnes determinaciones, electiones et postulationes
factae sunt plenis suffragiis.

Coetera officia quae ob varias rationes provideri non
potuerunt in Capitulo Provinciali, auctoritati RR. PP. Vi-
cariorum Provincialium providenda relinquuntur ad nor-
mam NN. SS. Constitutionum et Statutorum.

Ultimo, designatum fuit Collegium S. P. Augustini
Caesaraugustanum pro futuro Capitulo Provinciali cele-
brando.

Prioris electi, ante confirmationem in officio, professio-
nem fidei et iuramentum contra modernismum emisissent.

Haec sunt, Rvme. Pater, Capituli nostri electiones et Acta pro quarum approbatione et confirmatione ad pedes P. V. Rvmae. submitte provolvimur, humiliter obsecrantes, ut iisdem favoribus ac paterni amoris affectibus, quibus semper, nos prosequatur. Deus Opt. Max. P. V. Revmam. Eremitico Ordini diu servet incolumem.

Datum Caesaraugustae, die quarta mensis augusti anni millesimi nongentesimi quinquagesimi quinti.

FR. ENGELBERTUS EBERHARD
Prior Gen. Praeses Capituli.

FR. RAPHAEL PÉREZ
Assistens Generalis.

FR. CRESCENTIUS FERNANDEZ
Prior Provincialis.

L + S

FR. PETRUS ARGUINZONIZ
Prior Provincialis Absolutus.

FR. PHILIPPUS CALLE
Primus Definitor.

FR. DICTINIUS RODRIGUEZ
Secundus Definitor.

FR. ELISEUS ALAVA
Tertius Definitor.

FR. LUPUS CILLERUELO
Quartus Definitor.

Concordant cum originali in Archivo mei muneris asservato.

In fidem, etc.

Datum Matriti, ad Bti. Alphonsi de Orozco, die 9 augusti anni 1955.

*Fr. EMMANUEL MERINO,
Secretarius Provinciae.*